

## De actibus et moribus humanis

### Rosperates in

**P**ropeccatis similes sunt illis qui per pulchra itinera ad suspendiū pertrahunt: vel qui per amena prata ad carcerem dānatiōis ducunt. vñ Grego. de peccatore. prosperitatib⁹ mūdi florēte dicit: homo morat⁹ in via: in puentiōe dānabit⁹: et quasi per amena prata ad carcerē puenit: q̄ per p̄sentis vite prospera ad interitū tēdit. Itē prosperitas peccōz exultantiū in peccatis simillus est insanis: qz tales vt dicit Grego. nō prosperitate erigunt⁹ s; insanā quā subeunt vñ affligi debuerūt: et exinde miseri i exultatione deficiūt: vnde alii⁹ flendi sūt.

Item peccōres tales sunt frenetic⁹ siles q̄ insanā virtutē putant: qz ex morbo eē ne sciunt hoc qd̄ ampli⁹ sanis p̄nt. Et q̄si creuisse virtū se estimāt: dū ad vite terminūz p̄ augmētā doloris appropinquāt: qz ratio nis sensum nō hūtes flent et ridēt: et tanta magna estimatiōe se dilatāt: quāto insensibiles malū quod patiunt⁹ ignorant.

Capitulum: LXVI

### Ratio debet re-

**R**egere cogitatōes: sicut dñā regit ancillas et famillā. Itāz videm⁹ sicut dicit Grego. qz absente dñā familia deordinat⁹: qz ancillarū lingue p̄strepūt: silētiū deserūt: deputati operis officia negligūt: totū ordinē sibi metē cōfundūt. Et vbi repēte dñā venerit: mox p̄strepētes lingue reticent: officia vntusculūqz opis repetūt: sicqz ad opus p̄p̄riū ac si nō recesserint reuertunt⁹. Sicut si ad momētū rō discedat q̄si absente dñā cogitationum se clamor velut garrula ancillaz turba multiplicat. Et autē ratio ad mentē redierit: mox se confusio tumultuosa cōpescit: et quasi ancille se adiunctū opus tacite rep̄imūt: dū cogitationes p̄tinus causis p̄p̄rijs se ad vtilitatē subdunt.

Ca. LXVII

### Religiosus debz

**R**esse mortuus mūdo. i. ad modum mortui se habere. Itā mortu⁹ in sepulchro abscondit⁹: et sic religiosus dz abscondit⁹ in claustro et nō discurrēdo vagari: Lof. iij. Mortui enī estis: et vita vestra abscondita est cū christo in deo. Item ania mortua a carne separatur. Et sic religiosus

debet a carnali amore separari: Eccl. xlvij. Quasi ad ept⁹ separatus a carne. In adipe enim signat⁹ deuotio spiritualiū que debet esse in religioso separata ab amore carnalium. Item caro mortui a vermib⁹ cōsumitur sēz in sepulchro. Quia religiosus p̄ penitentiā debet cōsumere corpus suum in h̄ mūdo: mente autē dz esse in celo: Job vij. Elegit suspendiū aīa mea. i. desideriu⁹ eternorum: et mortē ossa mea. i. mortificatiōem carnaliū desideriorū. Item mortuus non sentit si pungatur vel deiciatur v̄ eleuetur. Et sic vere mortuus mūdo. ij. Reg. xij. Sicut angelus dñi dominus me⁹ nec benedictione nec maledictione mouetur. Item mortuus omnia temporalia reliquit. Et sic religiosus omnē p̄p̄rietatē debet resignare: et omnia coram deo et fratrib⁹ representare et nihil sibi arrogare. i. Lof. iij. Quid habes quod si accepisti: Bern. Monacho habenti p̄p̄rium negabit deus suum p̄p̄rium sēz celum. Ca. LXVIII

### Sacerdotes chri-

**S**sti et clerici immunes debent eē ab illis maculis spiritualiter a quib⁹ clericos seu sacerdotes iudeorum oportebat esse immunes corporaliter. Prohibetur enim esse cecus: id est ne sit ignorans. claudus: id est instabilis et ad diuersa inclinans. Et ne sit paruo v̄ grandi vel curto naso: id est ne habeat defectum discretiōis: ne plus v̄ minus aut aliqua praua exerceat. Per nasum enim signatur discretio: quia est discretiūs odorum. Item ne sit fracto pede v̄ manu: id est ne amittat virtutem operandi bene v̄ procedendi de virtute in virtutem. Item repudiat⁹ si habeat gibbum ante v̄ retro: p̄ quez signatur superfluus amor terrenorum.

Item si lippus: id est si per carnalem affectum eius ingeniū obscurat⁹. Contingit enim lippitudo ex fluxu humoris. Repudiatur etiam si habeat albuginem in oculo: id est p̄sumptionē candoris iusticie in sua cogitatiōe. Itē si habeat iugē scabiē: id est petulantia carnalis. Et si sit hūis impetiginē que sine dolore corpus occupat et mēbra corporis fedat: p̄ quā auaricia designatur. Et etiā si sit hērtiosus v̄ ponderosus: qz sēz gestet pondus turpitudinis i corde: licet non exerceat opere.

S 6